

*87. Instrumentum venditionis di Roberto
de Basamerosa in favore del suddiacono
Tommaso Budano «ovvero Budario»*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*87. Instrumentum venditionis di Roberto
de Basamerosa in favore del suddiacono
Tommaso Budano «ovvero Budario»*

1387-09-20

(c. 244v) In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eius millesimo tricentesimo ottuagesimo septimo, regnante serenissimo domino nostro domino nostro Lodovico secundo Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege, ducatus Apulie, principatus Capue, Andegavie et Turonie duce, Provincie et Forcalquerii, Cenomanie et Pedimontis comite, regnorum suorum anno tertio feliciter amen, die vicesimo mensis septembris, undecime inditionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos Ioannellus de Madio, de eadem civitate, ipsius civitatis annalis iudex, Rogerius Ferrarius de civitate Satriani publicus ubilibet per provincias Principatus citra serras Montorii, Terre Laboris, comitatus Molisii et Basilicate reginali autoritate notariuset testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico notumfacimus et testamur quod in nostri presentia constitutus Robertus de Basamerosa de eadem civitate Potentie, mero iure Romano vivens sicut ceteri homines et mulieres ipsius civitatis ab antiquo vixerunt et vivunt, non vi, non dolo, non metu ductus, ut dixit, nec aliquibus suasionibus circumventus, sed sua bona, libera et spontanea voluntate, sicut ei expediens et utile visum fuit, vendidit, alienavit et per fustis traditionem assignavit // (c. 245r) iure proprio et inperpetuum subdiacono Tomasio Budano de Potentia ibidem presenti, pro se et suis heredibus recipienti et ementi, terram unam sitam in L'era regni è calcolata a partire dal 20 settembre 1384, anno della morte di Luigi I d'Angiò, padre di Luigi II, per anni interi.

territorio ditte civitatis Potentie, in loco ubi dicitur Vallone de Bernardo, suam ut dixit iuxta fines: ab una parte terras ecclesie Santi Girardi, ab alia parte dittum vallonum et ab alia parte terras ditti emptoris mediante limite comuni et si qui alii sunt confines. Et dittus venditor prefatum emptorem in corporalem et vacuum possessionem ditte terre induxit per fustim coram nobis ad verum dominium et proprietatem ipsius emptoris et heredum suorum ad habendum, tenendum possidendum, vendendum, donandum, permutandum nec non quocumque modo dittus emptor et sui heredes voluerint alienandum, cum viis suis in ea intrandi et exeundi ac cum omnibus iuribus et pertinentiis suis sibi pertinentibus quovis modo. Pro qua venditione dittus venditor coram nobis confexus et contentus fuit se recepisse et habuisse manualiter a ditto emptore nomine pretii, in carlenis argenti, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, uncias duas usualis pecunie ponderis generalis, totum silicet pretium venditionis ipsius. Promittens dittus venditor per se suosque // (c. 245v) heredes ditto emptori pro se suisque heredibus stipulanti, litem vel controversiam de ditte terra ullo umquam tempore non inferre, nec inferenti consentire vel assentire, sed ipsam terram eidem emptori et suis heredibus ab omni homine et persona quacumque legitime defendere, disbrigare et guarentire ac de evitione teneri et dittam venditionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta rata et firma habere perpetuo et tenere et nunquam contra facere vel venire, per se et suos heredes aut aliquos quovis modo, ratione vel causa, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de fatto, aliqua occasione, modo, ingenio seu trattatu, sub pena dupli pretii supraditti, medietate ipsius pene curie

Tommaso Budano <ovvero Budario>

regie seu alteri curie ubi exinde reclamatio forte fiet, altera medietate ditte pene ditto emptori et suis heredibus persolvenda totiens quotiens fuerit exinde quomodolibet contraventum, me preditto notario tamquam persona publica tam pro parte ditte curie et ditto emptore pro se et suis heredibus a preditto venditore apud eundem iudicem solemniter et legitime stipulantibus penam ipsam. Qua commissa vel non commissa, exatta vel non exatta aut gratiose remissa, preditta et subscripta omnia et singula in suo nihilominus robore et efficacia perseverent, cum // (c. 246r) refettione expensarum dannorum et interesse litis et extra litem que fierent quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento ditti emptoris vel eius heredum, nulla alia probatione quesita; et renunciavit super his dittus venditor voluntarie et expresse, pro cautela ditti emptoris et heredum suorum, exceptioni doli mali, vis, metus et in fattum, beneficio restitutionis in integrum, presentis non sic celebrati contrattus, exceptioni deceptionis et fraudis reique preditto modo non geste vel aliter habite quam superius et inferius continetur et expressum est, exceptioni ditte non numerate pecunie, non solute, non habite, non recepte ac non boni ponderati argenti, legi resissorie qua deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenitur et generaliter omnibus aliis auxiliis, beneficiis omnium iurium atque legum et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri per quod cavetur quod preditto iuri renunciari non possit, quibus et propter que ditta venditionis confexio et preditta et subscripta possent in aliquo minui vel infringi; et pro predittis omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis et quod contra non fiet nec attentetur contra fieri quoquomodo quodque predicta omnia et singula

vera sunt, dittus venditor preditto emptori presenti et recipienti coram nobis corporaliter tatta prestitit ad santa Dei evangelia iuramentum; insuper Lucia de Nole de eadem civitate Potentie, // (c. 246v) uxor ditti venditoris, mero iure Romano vivens, ut supra, ditte venditioni ditto emptori fatte, sicut prefertur, per dittum Robertum virum suum consensit eamque ratificavit et acceptavit et renuntiavit omnibus iuribus et accionibus que sibi competunt et possent in futurum competere in et super ditte terra vendita, tam ratione dotium suarum quam omnium aliorum iurium quorumcumque et de ipsa venditione firma et rata habenda et contra non veniendo quoquomodo, obligans se ad penam predittam solvendam ut supra ditto emptori, prestans proinde ad Santi Dei Evangelii iuramentum. Unde ad futuram rei memoriam et ditti venditoris preces et ditti emptoris et suorum heredum cautelam, presens puplicum instrumentum exinde fattum est per manus mei preditti notarii modo solito signatum, subsignatione mei qui supra iudicis et nostrum subscriptorum testium signis subsignationibus roboratum.

2

3

Quod scripsi ego idem Rogerius puplicus ut supra notarius qui predittis rogatus interfui meo solito signo signavi. (SN) † Signum crucis proprie manus Ioannelli de Madio iudicis idiote qui supra † Ego diaconus Franciscus de Canecabinum Potentie testis sum † Ego

*Così qui, nel regesto Bridato, in docc. coevi Budario
Così S per cuius hos dixit esse fines*

87. *Instrumentum venditionis di Roberto
de Basamerosa in favore del suddiacono*

7

Tommaso Budano «ovvero Budario»

presbiter Leonardus de Moyse testis interfui † Ego
subdiaconus Iacobus Venter testis

4

Così S qui, nella notitia testium e in docc. coevi Carruba